



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XCVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

tionem, quando causa, seu quantitas esset modica, & brevis, ut in c. si. & ibi not. de iureiur. Bar. & omnes. in d. admonendi. & per gl. & doct. in d. l. in bonæ fidei. Sed in casu nostro causa non est modica, seu brevis, immo magnæ quantitatis, attenta qualitate personæ, ut de se patet, & iuxta ea, quæ uoluit Bar. in d. l. admonendi in pen. col. ergo & c. Secundo non defertur iuramentum in defectum semiplenam probationis, quoniam ex quaeritur, possent uerisimiliter haberi plures testes cōtestes, qui plenè probare possent, ad not. p. Bar. Alex. & alios in d. l. admonendi, in ueris. uenio ad tertium. Sed in casu nostro plures potuerūt haberi testes deponentes super iis, quæ in capitulis cōtinentur, ut expressè ponunt, & dicunt dicti de Mutiliana in suis capitulis in secundo articulo, ibi existens etiam de depositione do. Iulii primi testis, ergo non sumus in casu, in quo iuramentum possit deferri. Tertio do. Octavianus esset affinis, & cōsanguineus, seu multum amicus producētium, sicut est ipsa do. Iulia, tunc nullo modo possit hoc iuramentum in defectum semiplenæ probationis deferri, ut uolunt Bar. Alex. & alii in d. admonendi, in d. ueris. uenio ad tertium, & per canonistas in d. c. si. de iureiur. Quarto uolunt Bar. Alex. & omnes in d. l. admonendi. & in d. l. in bonæ fidei. q. ad hoc, ut ad suppleendam semiplenam fidem unus testis possit iuramentum deferri, requiritur, quod ille testis, qui semiplenam facit probationem, sit idoneus, & legalis, ac omni exceptione maior, ut ibi, alioquin iuramentum deferri non possit, ut not. in d. c. si. in d. l. in bonæ fidei. Sed ꝑ ubiunque à iure requiritur aliquis testis idoneus, & exceptione maior, non sufficit, quod testis in se sit talis, nisi etiam fuisset capitulum, & per alios testes probatum, quod ille testis esset idoneus, & omni exceptione maior, alioquin non facta hac probatione, testis ille non esset sufficiens, nec locum haberet dispositio legis, ut in defectum semiplenæ probationis possit iuramentum deferri, per ea, quæ uoluit Bar. in l. i. §. si quis neget. ff. quem admodum quer. in pen. col. Deci. in c. i. col. pen. de appell. & in c. i. col. 4. Bal. in l. i. c. si aduer. liber. cum sim. per ipsam Bal. allegatis, in d. c. i. Sed in casu nostro, dato, quod Octavianus, qui fortè semiplenè probaret, sit idoneus, & omni exceptione maior, tamen ex quo hoc non fuit articulatum, nec per alios testes probatum, non potest in defectum semiplenæ probationis per dictum do. Octavianum factæ iuramentum deferri. Quinto ex quo ꝑ hæc promissio de restituendo dotis sapit donationem, ut in l. contra iuris. §. si. & ibi Bar. & Paul. de Cast. ff. de pactis. Ange. & Paul. de Cast. in l. tale pactum. in princ. & cod. tit. & not. in l. si quis. & ibi Alex. post glo. ff. de regu. iur. ubi uolunt, quod remittere, & facere pactum de non petendo simpliciter ab alijs; alia causa dicitur donationem continere, & ideo si excedat summam legitimam non ualeat abq. insinuatione, & insolennitate in donatione regulari ex forma statutorum Imola in donatione plures testes requiritur, puta tres, aut quatuor, sequitur, quod non sumus in casu, in quo possit iuramentum deferri, q. hoc iuramentum defertur solum in iis, in quibus duo testes sufficiunt, ut uoluit Bar. & alij sequuntur in d. admonendi. in d. ueris. uenio ad tertium, & ibi Alex. Præterea ex p. dictis inferitur, quod licet et h. m. d. assera promissio per ser Hieronymum facta per duos testes cōtestes, & plenè, ac concludenter probantes probata fuisset, tñ ꝑ illa carens insinuatione, & alijs regularis non ualere per ea, quæ habent per gl. Bar. & Alex. in apostil. in d. l. si quis obligatione. ff. de reg. iur. cum sim. supra allegatis. ¶ Pot. et dici h. m. d. promissio-

tionem, (posito, quod ea plenè, & legitimè probaretur) non ualere ex alio, quia dicitur continere pactum de futura successione, hoc est de succedendo ipsi Antonio filio dictæ dominæ Francisæ, ꝑ quod dicitur esse contra bonos mores, & ipso iure nullum ita, quod etiam inramento non confirmaretur non consentiēte illo, de cuius successione agitur, ut est text. & ibi Barto. ac alij docto. omnes in l. si. C. de pactis. & c. 2. cum gl. de concessio. præben. Quod autem huiusmodi promissio cōtineat pactum de futura successione, probatur, quia dominus Octavianus testis probat ser Hieronymum dixisse dictis de Mutiliana, quod promittebat in casu, quo puer, hoc est dictus Antonius præmoreretur, se illis restituere medietatē dotis, ueluti uerba dicti testis inferunt, & quod ipsi de Mutiliana dicta uerba acceptarunt: ergo sequitur, ꝑ quod hæc promissio continet simplex pactum, ex quo probatur promissionem præcessisse, & acceptationem fuisse subsequutam, ut in l. i. cum ibi not. ff. de pactis, iunctis iis, quæ habentur in l. i. in prin. ff. de uerb. obl. & l. sciendum. §. dictum. ff. de ædil. edict. ubi casus cū similibus ibi not. Nec ex eo, quod testis dicat ser Hieronymum promississe, probatur fuisse factam stipulationem, tum quia ex dicto testis inferitur pactum, & non stipulationem fuisse contractam, cum non simpliciter deponat promississe, sed sub certo modo, per quem inferitur pactum, ut in d. §. dictum. cum similitum quia ꝑ etiam uerbum promitto à teste prolatum non continet, nec probat stipulationem, sed pactum, ut uoluit glo. & sequitur Bart. in l. i. c. de usuris. & habetur per Alex. in l. sciendum. ff. de uerb. oblig. & quod hæc promissio, seu pactum dicatur de futura successione, constat etiam, quia in dictis bonis dotilibus ser Hieronymus non erat successurus, sed Antonius eius filius natus ex dicta domina Francisca, de cuius bonis, & hereditate agitur, & ad quem ut filium, & hæredem bona dotalia dictæ dominæ Francisæ in casu mortis ipsius dom. Francisæ spectabant: unde cum ser Hieronymus pater Antonij, ipso Antonio uiuente, fecerit promissionem dictis de Mutiliana de restituendo illis medietatem dotis post mortē Antonij, & consequenter de retinendo pro se aliam dimidiam, clarè inferitur factum fuisse pactum de futura successione, & hereditate uiuentis certo modo inter eos diuidenda: ergo sequitur, ꝑ quod non ualuit, quāuis etiam fuerit pater, qui hoc pactum fecerit, sicuti etiam non ualeat, si tale pactum fiat cum filio alicuius, ut uolunt Bar. Alex. & omnes in d. l. si. C. de pactis. qui loquuntur etiam, quando pater cum filio faceret pactum de futura successione. Multo magis igitur hoc dicendum est, quando pater, uel filius cum extraneo fecisset pactum, seu promissionem de successione patris, uel filij uiuentis certo modo diuidenda, hoc. n. in casu absq. dubio saltē respectu extranei cōtineret uotum captandæ mortis: ergo tale pactum in casu nostro debet dici nullum, & inualidum, ex quo Antonius, de cuius hereditate agebatur, non consentit, d. l. si. & d. c. 2. cū ibi not. & ex his, ac ex pluribus alijs, quæ possent adduci, cōcludo iudicandum fore ad fauorē ipsorum agentium, & petentium ex quotionē instrumenti dotalis pro residuo dotis non solutæ cōtra dictos ser Ioannem, & Benedictum reos cōuētos, & de promissione supra dicta excipiētes, quæ illis minimè p. dest. Laus Deo.

S P M M A E.

- 1 Testis contra unum examinatus non debet alij nocere.
- 2 Testes examinati in una instantia fidem in alia non faciunt inter alias personas, nisi tales persona essent, quibus sententia inter alios lata noceret.
- 3 Sententia lata contra unum ex socijs, qui solus nomine suo egit, alteri socio non nocet. Et quando secus sit num. 5.

4. Sententia

- 4 Sententia contra unum lata non nocet aliis idem ius etiam ex eadem causa pretendentibus.
- 6 Sententia lata contra unum ex pluribus reis debendi, etiam si essent socij, non nocet alteri.
- 7 Testis examinatus non nocet illi, qui ad eius examinationem citatus non fuit, etiam si testis contra illum de directo deponeret.
- 8 Testis ante ceptum iudicium, & ante litem contestatam examinatus nullam facit fidem, nec nocet.
- 9 Testis unicus, & singularis quantumcumque honestus, & in dignitate positus nullam plenam fidem facit.
- 10 Et quando saltem presumptionem, & semiplenam faciat fidem.
- 11 Testis unius dicti in preiudicium producentis plenam fidem facit.
- 12 Societatis natura est unicuique lucrorum, & damnorum partem dari, & assignari.

E P I T O M E.

TESTEM contra unum examinatum alij non nocere, & ex pluribus hic positus fidem non facere, demonstratur.

C O N S I L I U M X C V I.



ERTITVR dubitatio super depositione unius testis extra iudicialiter, & parte non citata, & ante litem contestatam examinati in causa cuiusdam societatis inter tres milites contracte super rebus, & lucris in bello acquirendis, videlicet inter Titium, Sempronium, & Caium, nam Caius in conspectu in belli captivum fecit unum ex hostibus, qui cum se redemisset, super pecunia redemptionis postea inter hos tres lis, & questio orta fuit, quia in primis Titius contra Caium agens dixit, quod tempore captivitatibus ipse dixit Caio, an subsidium suum vellet ad defendendum captivum, & quod Caius negativè respondit, Caius vero excipiendo dixit, Titium non ita dixisse, sed tunc solum dixisse, da mihi partem captivitatibus, & Caium respondisse, *vattene guadagna, come ho fatto io*: Ad quod probandum Caius produxit unum testem, qui eo modo, quo dixit Caius, deposuit: & hæc inter Caium, & Titium super societate inuicem contendentes facta fuerunt. Modo contra Sempronium agentem, seu petentem partem suam lucri, & pecunie pro redemptione captivi soluta, Caius opponit, nullam inter eos contractam fuisse societatem: & ad hoc probandum, seu ad excludendum Sempronium adducit depositionem testis inter Titium, & Caium examinati, qui ut supra deposuit: queritur igitur, an dictum huius testis ipsi Sempronio volenti contra Caium agere noceret: & nõ nocere absque multiloquio videtur dicendum, & concludendum,

- 1 in primis, quia testis examinatus contra Titium non debet alteri præiudicare. l. cum queritur. cum sequen. & sequen. ff. de except. rei iudic. & per totum C. quibus res iudi. nõ nocet, & per totum C. res inter alios acta, & l. sæpe per totam legem ff. de rei iudi. & dixit Bar. in l. 2. ff. iudi. solui, & in l. prator. §. 1. ff. ui bono. raptio.
- 2 quod testes examinati in una instantia fidem in alia inter alias personas nõ faciunt, ut not. per gl. in lis, apud quem. C. de ede. nisi essent tales, quibus sententia inter alios lata noceret. l. sed & si. §. fin. c. l. seq. ff. de iureiu. & Inno. in c. causa, extra de testibus: sed sententia lata contra unum ex socijs, qui solus causam eius nomine movit, alteri socio nõ præiudicat, ut in d. l. sæpe, in fi. prin. & argumeto sumpto à casibus specialibus, in quibus res inter aliquos iudicata aliis nocet, inter quos nõ est hic casus, quãdo cõtra unum ex socijs fuit iudicatum, immo testis in d. l. in prin. probat, quod sententia lata cõtra unum nõ nocet aliis idem ius ex eadẽ quoque causa præterdictibus, ergo nec depositio testium nocebit. Nec obstat id, quod voluit Bar. in l. ex duob. in 4. col. ff. de duob. reis, quia Bar. ibi loquitur de ijs, qui essent socij omnium bonorum, seu eiusdem litis & obligationis, & actum esset, q

omne commodum, & incommodum ex illa litigatione proveniens deberet esse inter eos communi. Bar. ibi declarat, nõ tunc sententia, & acta lata contra unum ceteris præiudicarent, ut ibi factum nostro non fuit factum, neque conuentum.

- 6 Item sententia lata cõtra unum ex reis debendi, etiam si socij, nõ nocet alteri. l. si. C. de fideius. Bar. in d. l. bus, in 3. col. uerbi. 2. nõ dedit ff. de duob. reis. dictum unius, uel plurium testium nocebit, per totum in d. l. 2. ff. iudi. solui, & in d. l. 2. §. 1. ff. ui bono. raptio.
- 7 rea testis examinatus non nocet illi, qui ad examinationem testium non fuit citatus, etiam si de directo illi deponeret. c. 2. c. ubi not. extra de testibus. verus nocebit illi, qui nõ fuit citatus, & contra testis non fuit productus, nec examinatus: sed tunc quo agit, fuit cõtra Titium, & Sempronio nõ examinatus, ergo Sempronio præiudicare nõ potest.
- 8 fuis testis fuit examinatus ante ceptum iudicium, & ante litem contestatam, ergo nullam fidem facit, nec & maxime Sempronio, contra quem nõ deponit, fuit examinatus, ut per totum in rubro, & in rubro nõ cõtest. Adde, quod testis est unicus, & non est uir honestus, & in dignitate positus, ut in d. l. 2. ff. iudi. solui, & in d. l. 2. §. 1. ff. ui bono. raptio.
- 9 non cõtest. Adde, quod testis est unicus, & non est uir honestus, & in dignitate positus, ut in d. l. 2. ff. iudi. solui, & in d. l. 2. §. 1. ff. ui bono. raptio.
- 10 uniuersis, ibi q; gl. extra de testibus. testis faceret presumptionem, & semiplenam fidem, quãdo directo factum, & negotio ipso deponeret, gl. & de d. c. et, & habetur per Bar. in l. si. ff. de q. & per loco, de proba. sed in casu occurreret hic testis nit directe super ipso facto, & negotio, sed instantiis, ergo nec semiplenam fidem cõtra Sempronio super negotio principali faciet. ¶ Confidera etiam, quod stante depositione huius testis est ad instantiam Caij, testis cõtra ipsam Caium nõ illiq; præiudicat, ex quo ab eo fuit productus, quæ habetur per gl. in c. in presentia, extra de arg. not. per gl. in d. c. licet, in ult. gl. uidet, quod huius testis potius inferat societate aliquam milites fuisse contractam, quam contrarium, nam est, quod Titius dixerit Caio, da mihi partem prout etiam uerum esse Caius ipse fatetur, ex quo quod inter eos contracta dicebatur quædam locum ius vigore pars debebat, nõ tamen de natura societatis quod unicuique pars, & rata damnorum, & lucrorum, & assignet, l. si non fuerit, ff. pro socio. & In l. de societate, quo enim iure Titius partem set, nisi inter eos societate contracta fuisset: est tur quædam, presumptio societatis contractæ, nõ qui vult consequens, uidetur uelle antecessor ff. de acquir. hered. & consequens societatis est partem lucri, & damni deberi, ut sup. Ex his omnibus concludendum uidetur, dictum illius in lo modo Sempronio præiudicare.

S V M M A E.

- 1 Testes per eundem sermonem, & per eadem uerba non probant, quando factum aliquod, & non formalia probari debent.
- 2 Et maxime si non sunt testes integri, & legitimi.
- 3 Clausula sola ueritate inspecta, excludit solentiam ueritatis, & nõ probationes, nec ea, quæ ad repudiandum probantur.
- 4 Testes domestici, & alij inhabiles quare à testimoniis excluduntur.
- 5 Testes domestici, & alij inhabiles non admittuntur, nisi sola ueritate inspecta procedi potest.
- 6 In causis, in quibus sola ueritate inspecta proceditur, testes non solum probatorij, sed et reproboratorij admittuntur.
- 7 Exceptio competens contra primam actionem quædam actionem oriente possit opponi, & quando secus.
- 8 Instrumentum, seu chirographum repertum, conciliatum a ditorum, arguit solutionem, et liberationem, et si in pro-